

ſenſum cadunt, curaréque , ne in his officium
ulla ex parte negligatur. *Diligenter agnoscet
vulnum pecoris tui.* Prov. 27. v. 23. non
dicit cor, sed vultus.

C A P U T V.

De discordiarum compositione.

Q. 1. *Quotuplex fit discordia , qua in 43
parochia nasci potest ?* q. 1. eam esse du-
plicis generis ; alia enim *civilis* est propter
emolumenta , alia *criminalis* propter acce-
ptas injurias : ad utramque sedandam obliga-
tur Parochus.

Q. 2. *Quod utrique remedium ?* q. 2. reme- 44
dium commune utrique est , celeriter ad eas
sedandas advolare : tempore enim crescit
ira , obſtruantur animi , augescunt injuriæ ,
quibus se mutuò partes laceſſunt. Conve-
nit proinde , ut Pastor accurrat , antequam
diſſidia quatuor incer muros nata propagen-
tur in publicum. *Landemus , ajebat sapiens
Eccl. 44. v. 6. homines divites in virtute
pacificantes in domibus suis.*

Q. 3. *Quid celeriter accurrenti Pacifica- 45
tori obſervandum ?* q. 3. summè necessarium ei-
ſe , ut arbiter , & ſequeſter ſit neutri partium
adjunctus ; libra ſit , cuius lances ſunt æqua-
lis ponderis. Hinc non ferat ſententiam ,
niſi priùs partem utramque patienter audi-
verit , morāmque indulgeat illi , qui furore

agitatus, & perturbatus, nondum sui est potens. Sic animos utriusque partis non difficeretur demerebitur.

46 Q. 4. *Quid in Civilibus causis speciatim attendendum?* scilicet inducere oportet discordes, ut totius causæ arbitrium uni alicui permittant, qui utrique partium acceptus sit, sponsione etiam legitimis tabulis firmata, ejus sententiâ sine ulla appellatione standi. Præterea suadere convenit rectè spectatis commodis utriusque, meliorem esse compositionem mediocrem, quam litem pendentem ob sumptus graves, qui semper sunt certi, cum dubia sit victoria, quæ si etiam obtineatur, sumptus saepe vix aquat, qui in Advocatum, Solicitatores, Referentes, Patronos impenduntur; quia hi causas, quas citò finire deberent, saepe saepius fovent in fundum, ex quo vivunt. Curet proinde, ut dicant, quod amicos Job post longam contentionem dixisse legimus: *judicium eligamus nobis, & inter nos videamus, quid sit melius.* Job 34. v. 3.

47 Q. 5. *Quid in Criminalibus contentionibus sedandis prestandum?* scilicet permittendum, ut offensi non nihil dolori suo indulgeant; audiendi, cum injuriæ acceptæ magnitudinem, & facinus adversarij indignum narrando exaggerant, dum celsit perturbatio. Præferrenda tunc vultus serenitas, adhibenda verborum suavitas, in dandis consilijs, & remedijs, præcipue cum ijs, qui partium discordium

dium sunt duces. Apud multos vindictæ cupidos proficit interrogatio , an ipsi , si DÉUM offendiverunt , vel offenderent , simili ter DÉUM vindicem experiri vellent ? ut & si oratio Dominica in mentem revocetur , in qua inter cætera petitur : *dimitte nobis debita nostra , sicut & nos* , Porro ut tantò facilius dissidia componantur , crebrò pro concionibus explicanda sunt mala odiorum , & bona pacis , detonandum præprimis in eos , qui infami , & turpissima consuetudine ini mi citias seminate silent narrando partiunt , quid altera , & alteri quid illa dixerit , vel fecerit . *Sex sunt , quæ odit Dominus , & septimum detestatur anima ejus , cum videlicet , qui seminat inter fratres discordias.* Prov. 6. v. 16. *Cum defecerint ligna , extinguetur ignis , & susarrone sublato , jurgia conquiescent.* Prov. 26. v. 20.

